



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 110. Alius Fœderatorum libellus ad Gubernatricem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

§. CX.

Sæcul.XVI.  
A.C.1566.*Alius Fœderatorum libellus ad Gubernatricem.*

**P**ostea ex omnium sententia, ac con- *Thuan. l. 40.*  
 sensu Ludovicus Nassavius ad Gu- *Strad. l.c.*  
 bernatricem unacum decem Nobilibus  
 decernebatur, ut eidem scriptum quod-  
 dam præfata hæc novem capita com-  
 plectens traderet: his tamen ad cal-  
 cem adjecerunt, quod tunc, si avita li-  
 bertas patriæ non reddatur, ipsi licet  
 inviti opem apud exteris quærere co-  
 gantur, proin eventurum sit, ut Galli  
 utpote perpetui Belgarum hostes in-  
 ter domeستicas dissensiones in Belgium  
 introducantur. Hæc exteri, ac præ-  
 cipue Gallici subsidii comminatio haud  
 levi metu afficiebat Gubernatricem,  
 quæ perlectis hisce in Senatu literis,  
 auditisque eorum, qui aderant, sen-  
 tentiis Ludovico Nassavio respondit,  
 aurei Velleris Equites die vigesimæ  
 sexta Augusti Bruxellas venturos, se-  
 que tunc, cum illis hac super re consi-  
 lium inituram.

§. CXI.

*Antwerpia a Principe Oranio no-  
 vo Gubernatore prædio  
 munita.*

Nº 5

In-